

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,  
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &  
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque  
obeundi**

**Dirckinck, Johann**

**Coloniæ, 1690**

Sub Sacro.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](#)

da, sanctifica purissimo Filii tui sanguine,  
ut omnino mundatum, sanctum, ac Dilectum  
Redemptori meo, Filio tuo praesentari & acceptari, pasci & satiari, amari  
& possideri aeternum mereatur. Amen.

## SUB SACRO.

I. Sub Kyrie, imitare ferventissima Beatisse Virginis desideria, ante Verbi incarnationem elicita.

II. Sub Gloriâ, lauda, benedic & adora Christum natum exemplo D. Virginis in stabulo Bethlehemitico aut Nazarethana Domo.

III. Sub Epistola & Evangelio, excepta verba Christi, & conserva in corde in more B. Virginis.

IV. Sub Credo: exerce actus fidei, ad imitationem B. Virginis cui dictum est: Beata quae credidisti.

V. Sub Canone: elice ferventes alii compassionis & resignationis, doloris & amoris, exemplo B. Vstantis sub cruce.

VI. Sub Communione, eâ devotione ac animi teneritudine uni te Christo quod Beatissima Virgo aut Verbum illapsum susci.

luscipiens, aut è manu S. Joannis Evangelista communionem recipiens: ejusque exemplo gratias cordiales age.

VII. Sub Benedictione, cogita quo affectu & solatio Deipara Virgo, à Filio suo ad celos ascende, ultimam in monte benedictionem exceperit. Eodemque affectu & effectu opta eam populo impertiri.

### POST SACRUM.

Psalterium Decachordum Laudis &  
Latitiae, seu Canticum Magnificac  
à B.V. decantatum, à Sacerdore post  
Celebrationem similibus affectibus expressum.

O Virgo Beatissima! quemadmodum tu Verbi Incarnati visceribus tuis inclusi inspiratione ad Deum magnificandum & in eo lætandum es excitata, & in decem titulos eum laudandi ex spiritu erupisti: & me ad eundem Dominum magnificandum, atque in eo gaudendum intermissione tuâ potenti adjuvare dignare.

O Verbum Incarnatum! nunc quoque inamabili Sacramento visceribus meis includsum, obsecro te, per benedictam Matrem tuam, excita me, ut ejus exemplo,

R 3

anima